

A
B
C
D
E
F
G

veniens est ut, si quis in fiscali loco vel publico vel civitatis invenerit, **Æmidium** ipsius esse dimidium, fisci vel civitatis. — § 40. Per traditionem ¹⁶ quoque jure naturali res nobis adquiruntur. Nihil enim tam conveniens est naturali aequitati, quam voluntatem ¹⁷ domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. Et ideo cujuscumque generis sit corporalis res, tradi potest, et a domino tradita alienatur. Itaque stipendiaria quoque et tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem stipendiaria et tributaria prædia, quæ in provinciis sunt. Inter quæ nec non et italica prædia, ex nostra constitutione ¹⁸, nulla est differentia; sed si quidem ex causa donationis aut dotis aut qualibet alia ex causa tradantur, sine dubio transferuntur ¹⁹. — § 41. Venditæ vero res et traditæ non aliter emptori adquiruntur, quam ²⁰ si is venditori pretium solverit, vel ²¹ alio modo ei satisfecerit, veluti expromissore aut pignore ²² dato. Quod cavetur quidem etiam lege duodecim tabularum, tamen recte dicitur et jure gentium, id est, jure naturali id effici. Sed si is qui vendidit, fidem emptoris secutus est, dicendum est statim rem emptoris fieri. — § 42. Nihil autem interest, utrum ipse dominus tradat alicui rem, an voluntate ejus alius. — § 43. Qua ratione, si cui ²³ libera universorum negotiorum administratio a domino permissa fuerit, isque ex his negotiis rem vendiderit et tradiderit, facit eam accipientis. — § 44. Interdum etiam sine traditione ²⁴ nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam; veluti si rem quam tibi aliquis commodavit aut locavit aut apud te deposuit, vendiderit ²⁵ tibi aut donaverit. Quamvis enim ea causa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipso quod patitur tuam esse, statim tibi adquiritur proprietas, perinde ac si eo nomine tradita fuisset. — § 45. Item si quis merces in horreo depositas vendiderit, simul atque ²⁶ claves horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem. — § 46. Hoc amplius, interdum et in incertam personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce, prætores et consules qui missilia ²⁷ jactant in ²⁸ vulgus, ignorant quid eorum quisque sit excepturus, et tamen quia volunt quod quisque exceperit, ejus esse, statim eum dominum efficiunt. — § 47. Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto a domino habitam occupaverit quis, statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abjecerit, ut id rerum suarum esse nolet: ideoque statim dominus esse desinit ²⁹. — § 48. Alia causa est earum rerum que in tempestate maris ³⁰, levandæ navis ³¹ causa, ejiuntur. Hæc enim dominorum permanent ³², quia palam est eas non ³³ eo animo ejiçi quod quis eas habere non vult, sed quo ³⁴ magis cum ipsa navi maris periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit. Nec longe discedere videntur ab his quæ de redâ ³⁵ currente non intelligentibus dominis ³⁶ cadunt.

TIT. II.

DE REBUS CORPORALIBUS ET INCORPORALIBUS.

Quædam præterea res corporales sunt, quædam incorporales ¹.
 § 1. Corporales hæc sunt, quæ sui natura tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, et denique aliæ res innumerabiles ².
 § 2. Incorporales autem sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea que in jure consistunt, sicut hereditas ³, usufructus, usus, obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt; et id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia. Nam ipsum jus hereditatis, et ipsum jus utendi fructui, et ipsum jus obligationis incorporale est ⁴.
 § 3. Eodem numero sunt jura prædiorum urbanorum et rusticorum, quæ etiam servitutes vocantur ⁵.

16. L. 20. C. de pactis. — 17. L. 8. D. pro derelicto. — 18. L. un. C. de usucap. transform. — 19. Inst. Gaii, II, 19, 20, 21. — 20. L. 5. § 18. D. de tributor. act. — 21. L. 19. L. 53. D. de contrah. empt. — 22. L. 7. D. de stipul. prætor. — 23. L. 58. L. 59. D. de procur. — 24. *Fidei tamen* L. 20. C. de pactis. — 25. L. 62. in pr. D. de eviction. — 26. L. 1. § pen. D. de acquir. vel amit. possess. — 27. N. 105. c. 2. § 1. — 28. L. 2. C. de consul. — 29. L. 2. in fin. D. pro derelicto. — 30. L. 2. § 1. D. de acquir. rer. dom. — 31. L. 7. D. pro derelicto. — 32. L. 2. in fin. D. ad L. Rhod. *Fidei tamen* L. 43. § 1. D. de furti. — 33. L. 3. D. ad L. Rhod. L. 9. § fin. D. de acquir. rer. dom. L. 21. § 1. D. de D. de furti. — 34. L. 3. in pr. D. de incend. ruin. naufrag. — 35. L. 43. § 4.

TIT. II. — 1. Inst. Gaii, II, 12. — 2. *Id.* 13. — 3. L. 119. L. 178. § 1. D. de verb. sign. — 4. Inst. Gaii, II, 14. — 5. *Id.*

TIT. III. — 1. Lib. 8. D. 1. Lib. 3. § 34. — 2. L. 16. C. de prædiis et aliis reb. junc. L. 186. in pr. et L. 193. D. de verb. sign. — 3. L. 1. D. de servit. præd. rustic. — 4. L. 1.

TIT. III.

DE SERVITUTIBUS.

Rusticorum ² prædiorum jura sunt hæc: iter, actus, via, aqueductus. Iter est jus eundi ambulans ³ homini ⁴, non etiam jumentum agendi vel vehiculum. Actus ⁵ est jus agendi vel jumentum ⁶ vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet; qui actum habet, et iter habet ⁷, eoque uti potest etiam sine jumento. Via ⁸ est jus eundi et agendi et ambulandi: nam et iter et actum in se continet via. Aqueductus est jus aquæ ducendæ per fundum alienum.
 § 1. Prædiorum urbanorum servitutes sunt, quæ ædificiis in hærent ⁹, ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam ¹⁰ ædificia omnia urbana prædia appellamus, etsi in villa ædificata sint. Item urbanorum prædiorum servitutes sunt hæc, ut vicinus onera vicini sustineat; ut in parietem ejus liceat vicino tignum immittere; ut stillicidium vel flumen recipiat quis in aedes suas vel in aream vel in cloacam, vel non recipiat; et ne alius tollat quis aedes suas ¹¹, ne luminibus vicini officiat. — § 2. In rustico prædiorum servitutes, quidam computari recte putant aquæ haustum, pecoris ad aquam adpulsam, jus pascenti, calcis coquendæ, arenæ foetidæ. — § 3. Ideo autem hæc servitutes prædiorum appellantur, quoniam ¹² sine prædiis constitui non possunt. Nemo enim potest servitutem acquirere urbani vel rustici prædii, nisi qui habet prædium; nec quisquam debere, nisi qui habet prædium. — § 4. Si quis velit vicino aliquid jus constituere, pactionibus atque stipulationibus ¹³ id efficere debet ¹⁴. Potest ¹⁵ etiam in testamento quis heredem suum damnare, ne alius tollat aedes suas ne luminibus ædium vicini officiat; vel ut patiatum eum tignum in parietem immittere, vel stillicidium habere; vel ut patiatum eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.

TIT. IV.

DE USUFRUCTU.

Usufructus est jus ² alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. Est enim jus in ³ corpore, quo sublato ⁴ et ipsum tolli necesse est.
 § 1. Usufructus a proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accidit. Ut ecce, si quis usufructum alicui legaverit; nam heres nudam habet proprietatem, legatarius usufructum: et contra, si fundum legaverit deducto ⁵ usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres vero usufructum. Item alii usufructum, alii deducto eo fundum legare potest. Sine ⁶ testamento vero si quis velit usufructum alii constituere, pactionibus et stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu, placuit certis modis extingui usufructum, et ad proprietatem reverti. — § 2. Constituitur autem usufructus non tantum in fundo et ædibus, verum etiam in servis et jumentis et ceteris rebus, exceptis iis quæ ipso usu consumuntur: nam hæc res neque naturali ratione neque civili recipiunt usufructum. Quo numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta ⁸: quibus proxima est pecunia numerata, namque ipso usu assidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed utilitatis causa senatus ⁹ censuit posse etiam earum rerum usufructum constitui, ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur ¹⁰. Itaque si pecunia usufructus legatus sit, ita datur legatario ut ejus fiat, et legatarius satisfacit heredi de tanta pecunia restituenda, si morietur aut capite minuatur. Cetera quoque res ita traduntur legatario, ut ejus fiant; sed æstimatis his satisfacitur, ut si morietur aut capite minuatur, tanta pecunia restitatur quanti hæ fuerint æstimatæ. Ergo senatus non fecit quidem earum rerum usufructum (nec enim potest), sed per cautionem quasi ¹¹ usufructum constituit. — § 3. Finitur autem usufructus morte ¹² fructuarii, et duabus capitibus deminutionibus, maxima et media; et non ¹³ utendo

in pr. L. 7. in pr. D. de servit. præd. rustic. — 5. L. 12. D. de servit. præd. rustic. — 6. L. 88. § 4. 5. et 6. D. de scilicet. edict. L. 65. § 5. D. de legat. 3. L. 89. in pr. D. de verb. sign. — 7. L. 1. in pr. D. de servit. præd. rustic. — 8. L. 1. D. commun. præd. — 9. L. 1. D. si servit. vind. — 10. L. 7. D. de servit. præd. rustic. — 11. L. 1. § 1. D. commun. præd. — 12. L. 198. D. de verb. sign. — 13. L. 8. § 9. C. de servit. et aqua. — 14. L. 1. § 1. D. commun. præd. — 15. L. 23. § 1. D. de servit. præd. urban. — 16. L. 10. D. de servit. præd. rustic. — 17. L. 25. § 10. D. famul. exsec. — 18. L. 46. § 1. D. de evict. — 19. L. 1. § 1. ult. D. de aqua et aquæ pluvie: L. 10. in pr. D. de servit. vind. — 20. Inst. Gaii, II, 31. — 21. L. 16. D. commun. præd.

TIT. IV. — 1. Lib. 7. D. 1. Lib. 3. C. 35. — 2. L. 5. in pr. D. si usufr. pet. — 3. L. 5. § 2 et 3. D. quib. mod. usufr. — 4. § 3. infr. h. t. in fin. — 5. L. 6. in pr. D. L. 14. C. h. t. *Fidei tamen* L. 19. D. de usufr. legat. — 6. L. 3. in pr. D. h. t. — 7. d. L. 5. § 2. — 8. *Obs.* L. 15. § 4. D. de usufr. — 9. § pen. D. usufr. quemadmodum caveat. — 10. L. 24. in pr. D. de usufr. legat. — 11. L. 7. D. de usufr. ear. rer. — 12. L. 2. in fin. D. eod. — 13. L. 2. in fin. D. quib. mod. usufr. vel usus amitt. — 14. L. 16. C. h. t. L. 13. C. de servit. et aqua.

per modum et tempus ¹¹: quæ omnia nostra ¹² statuit constitutio. Item finitur usufructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur (nam cedendo extraneo nihil ¹³ agit); vel ex contrario si fructuarius proprietatem rei adquisierit, quæ res ¹⁴ consolidatio appellatur ¹⁵. Eo amplius constat, si ¹⁶ aedes incendio consumpta fuerint, vel etiam terre motu vel vitio suo corruerint, extingui usufructum, et ne aræ ²⁰ quidem usufructum debent. — § 4. Cum autem finitus fuerit usufructus, revertitur scilicet ad proprietatem; et ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

TIT. V.

DE USU ET HABITATIONE.

Isdem ² istis modis quibus usufructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet; isdemque illis modis finitur, quibus et usufructus desinit.
 § 1. Minus autem scilicet juris est in usu quam in usufructu. Namque is qui fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut oleribus, pomis, floribus, feno, stramentis et lignis ad usum cottidianum utatur ³. In eo quoque fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit ⁴, neque iis per quos opera rustica fiunt, impedimento. Nec ulli alii jus quod habet, aut locare aut vendere aut gratis ⁵ concedere potest; cum ⁶ is qui usufructum habet, potest hæc omnia facere. — § 2. Item si quis ædium usum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipse tantum habitet: nec hoc jus ad alium transferre potest. Et vis receptum esse videtur ut hospitem ei recipere liceat; sed cum uxore sua liberisque suis, item libertis, nec non aliis liberis personis quibus non minus quam servis utitur, habitandi jus habet. Et convenienter, si ad mulierem usus ædium pertinet, cum marito ei habitare ⁷ licet. — § 3. Item is ad quem servi usus pertinet, ipse tantummodo operis atque ministerio ejus uti potest: ad alium vero nullo modo jus suum transferre ⁸ ei concessum est. Idem scilicet juris est et in jumentis. — § 4. Sed si pecorum, veluti ovium; usus legatus sit, neque lacte neque agnis neque lana utetur usarius, quia ea in fructu sunt. Plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest. — § 5. Sed si cui habitatio legata sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur ⁹ neque usufructus, sed quasi ¹⁰ proprium aliquid jus. Quam habitationem habentibus, propter rem utilitatem, secundum Marcelli sententiam nostra ¹¹ decisione promulgata, permixtum non solum in ea degere, sed etiam aliis locare. — § 6. Hæc de servitutibus et usufructu et usu et habitatione dixisse sufficiat; de hereditate autem et obligationibus, suis locis proponemus. Exposuimus summam, quibus modis jure gentium res nobis adquiruntur: modo videamus quibus modis legitimo et civili jure adquiruntur.

TIT. VI.

DE USUCAPIONIBUS, ET LONGI TEMPORIS POSSESSIONIBUS.

Jure civili constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cum crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione aliave quavis justa causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubique, si immobilis, biennio tantum in italico solo usucapit, ne ² rerum dominia in incerto essent. Et cum hoc placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas res suas præfata tempora ³. Nobis melior sententia sedit, ne domini maturius suis rebus defraudarentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur. Et ideo constitutionem ⁴ super hoc promulgavimus, qua cautum est ut res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem (id est, inter ⁵ præsentem decennio, inter absentes viginti annis) usucapiantur; et his modis non solum in Italia, sed in omni terra quæ nostro imperio gubernatur, dominia rerum justa causa possessionis præcedente adquirantur.
 § 1. Sed aliquando, etiam si maxime quis bona fide rem possederit,

16. L. 20. D. quemadmodum. etiam amitt. — 15. L. 16. C. h. t. L. ult. C. de servit. et aqua. — 16. L. 66. D. de jure dot. — 17. L. 5. § fin. D. de usufr. adrese. — 18. Inst. Gaii, II, 50. — 19. L. 5. § 2. D. quib. mod. usufr. vel usus amitt. — 20. L. 211. D. de verb. sign. — 21. L. 1. in pr. D. de servit. præd. rustic. — 22. L. 1. § 1. D. h. t. — 3. L. 1. § 1. D. h. t. — 4. L. 11. D. eod. — 5. D. L. 11. in fin. L. 8. in pr. D. eod. — 6. L. 1. § 1. D. h. t. — 7. L. 1. § 1. D. h. t. — 8. L. 1. § 1. D. h. t. — 9. L. 1. § 1. D. h. t. — 10. L. 1. § 1. D. h. t. — 11. L. 1. § 1. D. h. t. — 12. L. 1. § 1. D. h. t. — 13. L. 1. § 1. D. h. t. — 14. L. 1. § 1. D. h. t. — 15. L. 1. § 1. D. h. t. — 16. L. 1. § 1. D. h. t. — 17. L. 1. § 1. D. h. t. — 18. L. 1. § 1. D. h. t. — 19. L. 1. § 1. D. h. t. — 20. L. 1. § 1. D. h. t. — 21. L. 1. § 1. D. h. t. — 22. L. 1. § 1. D. h. t. — 23. L. 1. § 1. D. h. t. — 24. L. 1. § 1. D. h. t. — 25. L. 1. § 1. D. h. t. — 26. L. 1. § 1. D. h. t. — 27. L. 1. § 1. D. h. t. — 28. L. 1. § 1. D. h. t. — 29. L. 1. § 1. D. h. t. — 30. L. 1. § 1. D. h. t. — 31. L. 1. § 1. D. h. t. — 32. L. 1. § 1. D. h. t. — 33. L. 1. § 1. D. h. t. — 34. L. 1. § 1. D. h. t. — 35. L. 1. § 1. D. h. t. — 36. L. 1. § 1. D. h. t. — 37. L. 1. § 1. D. h. t. — 38. L. 1. § 1. D. h. t. — 39. L. 1. § 1. D. h. t. — 40. L. 1. § 1. D. h. t. — 41. L. 1. § 1. D. h. t. — 42. L. 1. § 1. D. h. t. — 43. L. 1. § 1. D. h. t. — 44. L. 1. § 1. D. h. t. — 45. L. 1. § 1. D. h. t. — 46. L. 1. § 1. D. h. t. — 47. L. 1. § 1. D. h. t. — 48. L. 1. § 1. D. h. t. — 49. L. 1. § 1. D. h. t. — 50. L. 1. § 1. D. h. t. — 51. L. 1. § 1. D. h. t. — 52. L. 1. § 1. D. h. t. — 53. L. 1. § 1. D. h. t. — 54. L. 1. § 1. D. h. t. — 55. L. 1. § 1. D. h. t. — 56. L. 1. § 1. D. h. t. — 57. L. 1. § 1. D. h. t. — 58. L. 1. § 1. D. h. t. — 59. L. 1. § 1. D. h. t. — 60. L. 1. § 1. D. h. t. — 61. L. 1. § 1. D. h. t. — 62. L. 1. § 1. D. h. t. — 63. L. 1. § 1. D. h. t. — 64. L. 1. § 1. D. h. t. — 65. L. 1. § 1. D. h. t. — 66. L. 1. § 1. D. h. t. — 67. L. 1. § 1. D. h. t. — 68. L. 1. § 1. D. h. t. — 69. L. 1. § 1. D. h. t. — 70. L. 1. § 1. D. h. t. — 71. L. 1. § 1. D. h. t. — 72. L. 1. § 1. D. h. t. — 73. L. 1. § 1. D. h. t. — 74. L. 1. § 1. D. h. t. — 75. L. 1. § 1. D. h. t. — 76. L. 1. § 1. D. h. t. — 77. L. 1. § 1. D. h. t. — 78. L. 1. § 1. D. h. t. — 79. L. 1. § 1. D. h. t. — 80. L. 1. § 1. D. h. t. — 81. L. 1. § 1. D. h. t. — 82. L. 1. § 1. D. h. t. — 83. L. 1. § 1. D. h. t. — 84. L. 1. § 1. D. h. t. — 85. L. 1. § 1. D. h. t. — 86. L. 1. § 1. D. h. t. — 87. L. 1. § 1. D. h. t. — 88. L. 1. § 1. D. h. t. — 89. L. 1. § 1. D. h. t. — 90. L. 1. § 1. D. h. t. — 91. L. 1. § 1. D. h. t. — 92. L. 1. § 1. D. h. t. — 93. L. 1. § 1. D. h. t. — 94. L. 1. § 1. D. h. t. — 95. L. 1. § 1. D. h. t. — 96. L. 1. § 1. D. h. t. — 97. L. 1. § 1. D. h. t. — 98. L. 1. § 1. D. h. t. — 99. L. 1. § 1. D. h. t. — 100. L. 1. § 1. D. h. t. — 101. L. 1. § 1. D. h. t. — 102. L. 1. § 1. D. h. t. — 103. L. 1. § 1. D. h. t. — 104. L. 1. § 1. D. h. t. — 105. L. 1. § 1. D. h. t. — 106. L. 1. § 1. D. h. t. — 107. L. 1. § 1. D. h. t. — 108. L. 1. § 1. D. h. t. — 109. L. 1. § 1. D. h. t. — 110. L. 1. § 1. D. h. t. — 111. L. 1. § 1. D. h. t. — 112. L. 1. § 1. D. h. t. — 113. L. 1. § 1. D. h. t. — 114. L. 1. § 1. D. h. t. — 115. L. 1. § 1. D. h. t. — 116. L. 1. § 1. D. h. t. — 117. L. 1. § 1. D. h. t. — 118. L. 1. § 1. D. h. t. — 119. L. 1. § 1. D. h. t. — 120. L. 1. § 1. D. h. t. — 121. L. 1. § 1. D. h. t. — 122. L. 1. § 1. D. h. t. — 123. L. 1. § 1. D. h. t. — 124. L. 1. § 1. D. h. t. — 125. L. 1. § 1. D. h. t. — 126. L. 1. § 1. D. h. t. — 127. L. 1. § 1. D. h. t. — 128. L. 1. § 1. D. h. t. — 129. L. 1. § 1. D. h. t. — 130. L. 1. § 1. D. h. t. — 131. L. 1. § 1. D. h. t. — 132. L. 1. § 1. D. h. t. — 133. L. 1. § 1. D. h. t. — 134. L. 1. § 1. D. h. t. — 135. L. 1. § 1. D. h. t. — 136. L. 1. § 1. D. h. t. — 137. L. 1. § 1. D. h. t. — 138. L. 1. § 1. D. h. t. — 139. L. 1. § 1. D. h. t. — 140. L. 1. § 1. D. h. t. — 141. L. 1. § 1. D. h. t. — 142. L. 1. § 1. D. h. t. — 143. L. 1. § 1. D. h. t. — 144. L. 1. § 1. D. h. t. — 145. L. 1. § 1. D. h. t. — 146. L. 1. § 1. D. h. t. — 147. L. 1. § 1. D. h. t. — 148. L. 1. § 1. D. h. t. — 149. L. 1. § 1. D. h. t. — 150. L. 1. § 1. D. h. t. — 151. L. 1. § 1. D. h. t. — 152. L. 1. § 1. D. h. t. — 153. L. 1. § 1. D. h. t. — 154. L. 1. § 1. D. h. t. — 155. L. 1. § 1. D. h. t. — 156. L. 1. § 1. D. h. t. — 157. L. 1. § 1. D. h. t. — 158. L. 1. § 1. D. h. t. — 159. L. 1. § 1. D. h. t. — 160. L. 1. § 1. D. h. t. — 161. L. 1. § 1. D. h. t. — 162. L. 1. § 1. D. h. t. — 163. L. 1. § 1. D. h. t. — 164. L. 1. § 1. D. h. t. — 165. L. 1. § 1. D. h. t. — 166. L. 1. § 1. D. h. t. — 167. L. 1. § 1. D. h. t. — 168. L. 1. § 1. D. h. t. — 169. L. 1. § 1. D. h. t. — 170. L. 1. § 1. D. h. t. — 171. L. 1. § 1. D. h. t. — 172. L. 1. § 1. D. h. t. — 173. L. 1. § 1. D. h. t. — 174. L. 1. § 1. D. h. t. — 175. L. 1. § 1. D. h. t. — 176. L. 1. § 1. D. h. t. — 177. L. 1. § 1. D. h. t. — 178. L. 1. § 1. D. h. t. — 179. L. 1. § 1. D. h. t. — 180. L. 1. § 1. D. h. t. — 181. L. 1. § 1. D. h. t. — 182. L. 1. § 1. D. h. t. — 183. L. 1. § 1. D. h. t. — 184. L. 1. § 1. D. h. t. — 185. L. 1. § 1. D. h. t. — 186. L. 1. § 1. D. h. t. — 187. L. 1. § 1. D. h. t. — 188. L. 1. § 1. D. h. t. — 189. L. 1. § 1. D. h. t. — 190. L. 1. § 1. D. h. t. — 191. L. 1. § 1. D. h. t. — 192. L. 1. § 1. D. h. t. — 193. L. 1. § 1. D. h. t. — 194. L. 1. § 1. D. h. t. — 195. L. 1. § 1. D. h. t. — 196. L. 1. § 1. D. h. t. — 197. L. 1. § 1. D. h. t. — 198. L. 1. § 1. D. h. t. — 199. L. 1. § 1. D. h. t. — 200. L. 1. § 1. D. h. t. — 201. L. 1. § 1. D. h. t. — 202. L. 1. § 1. D. h. t. — 203. L. 1. § 1. D. h. t. — 204. L. 1. § 1. D. h. t. — 205. L. 1. § 1. D. h. t. — 206. L. 1. § 1. D. h. t. — 207. L. 1. § 1. D. h. t. — 208. L. 1. § 1. D. h. t. — 209. L. 1. § 1. D. h. t. — 210. L. 1. § 1. D. h. t. — 211. L. 1. § 1. D. h. t. — 212. L. 1. § 1. D. h. t. — 213. L. 1. § 1. D. h. t. — 214. L. 1. § 1. D. h. t. — 215. L. 1. § 1. D. h. t. — 216. L. 1. § 1. D. h. t. — 217. L. 1. § 1. D. h. t. — 218. L. 1. § 1. D. h. t. — 219. L. 1. § 1. D. h. t. — 220. L. 1. § 1. D. h. t. — 221. L. 1. § 1. D. h. t. — 222. L. 1. § 1. D. h. t. — 223. L. 1. § 1. D. h. t. — 224. L. 1. § 1. D. h. t. — 225. L. 1. § 1. D. h. t. — 226. L. 1. § 1. D. h. t. — 227. L. 1. § 1. D. h. t. — 228. L. 1. § 1. D. h. t. — 229. L. 1. § 1. D. h. t. — 230. L. 1. § 1. D. h. t. — 231. L. 1. § 1. D. h. t. — 232. L. 1. § 1. D. h. t. — 233. L. 1. § 1. D. h. t. — 234. L. 1. § 1. D. h. t. — 235. L. 1. § 1. D. h. t. — 236. L. 1. § 1. D. h. t. — 237. L. 1. § 1. D. h. t. — 238. L. 1. § 1. D. h. t. — 239. L. 1. § 1. D. h. t. — 240. L. 1. § 1. D. h. t. — 241. L. 1. § 1. D. h. t. — 242. L. 1. § 1. D. h. t. — 243. L. 1. § 1. D. h. t. — 244. L. 1. § 1. D. h. t. — 245. L. 1. § 1. D. h. t. — 246. L. 1. § 1. D. h. t. — 247. L. 1. § 1. D. h. t. — 248. L. 1. § 1. D. h. t. — 249. L. 1. § 1. D. h. t. — 250. L. 1. § 1. D. h. t. — 251. L. 1. § 1. D. h. t. — 252. L. 1. § 1. D. h. t. — 253. L. 1. § 1. D. h. t. — 254. L. 1. § 1. D. h. t. — 255. L. 1. § 1. D. h. t. — 256. L. 1. § 1. D. h. t. — 257. L. 1. § 1. D. h. t. — 258. L. 1. § 1. D. h. t. — 259. L. 1. § 1. D. h. t. — 260. L. 1. § 1. D. h. t. — 261. L. 1. § 1. D. h. t. — 262. L. 1. § 1. D. h. t. — 263. L. 1. § 1. D. h. t. — 264. L. 1. § 1. D. h. t. — 265. L. 1. § 1. D. h. t. — 266. L. 1. § 1. D. h. t. — 267. L. 1. § 1. D. h. t. — 268. L. 1. § 1. D. h. t. — 269. L. 1. § 1. D. h. t. — 270. L. 1. § 1. D. h. t. — 271. L. 1. § 1. D. h. t. — 272. L. 1. § 1. D. h. t. — 273. L. 1. § 1. D. h. t. — 274. L. 1. § 1. D. h. t. — 275. L. 1. § 1. D. h. t. — 276. L. 1. § 1. D. h. t. — 277. L. 1. § 1. D. h. t. — 278. L. 1. § 1. D.

A
B
C
D
E
F
G

TIT. VII.

DE DONATIONIBUS.

Est et aliud genus acquisitionis, donatio. Donationum autem duo sunt genera, mortis causa, et non mortis causa. § 1. Mortis causa donatio est, quae propter mortis fit suspicionem: cum quis ita donat ut, si quid humanitas ei contigisset, haberet si qui accipit; sin autem supervixisset is qui donavit, reciperet, vel si eum donationis penitusset, aut prior decesserit is cui donatum sit. Haec mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactae sunt per omnia. Nam cum prudentibus ambiguum fuerat, utrum donationis an legati instar eam obtinere oporteret, et utriusque causae quasdam habebat insignia, et alii ad aliud genus eam retrahebant, a nobis constitutum est, ut per omnia fere legatis connumeretur, et sic procedat quemadmodum nostra constitutio eam formavit. Et in summa mortis causa donatio est, cum magis se quis velit habere, quam eum cui donat; magisque eum cui donat, quam heredem suum. Sic et apud Homerum Telemachus donat Piraeo:

Πειραί, οὐ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπως ἐσται τὰδ' ἔργα,
Εἶκεν ἔμε μνηστῆρες ἀγχιπύρες ἐν μεγάροις
Δάδρη κτείναντες πατρίοια πάντα δασόνται,
Αὐτὸν ἔχοντα σε βουλομένη ἐπαυρέμεν, ἢ τινα τῶν δε.
Εἰ δὲ κ' ἐγὼ ταῦτα φρονῶ καὶ κηρὰ φυτεύω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δῶματα χαίρων.

Id est:

Piraeo, incertus quoniam rerum exitus harum est,
Si tacita incautum stolidi me forte necare
Morte proci poterunt, et opes vexare paternas,
Haec ego te malo quam illorum quempiam habere.
Sin ego eos justa meritis affecerit clade,
Tum mihi tu laeto reddes illa omnia laetus.

§ 2. Aliae autem donationes sunt, quae sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus, quae non omnino comparantur legatis: quae si fuerint perfectae, temere revocari non possunt. Perficiuntur autem, cum donator suam voluntatem scriptis aut sine scriptis manifestaverit. Et ad exemplum venditionis, nostra constitutio eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit: ut etiam non tradantur, habeant plenissimum et perfectum robur, et traditionis necessitas incumbat donatori. Et cum retro principum dispositiones insinuari eas actis intervenientibus volebant, si majores fuerant ducentorum solidorum, constitutio nostra eam quantitatem usque ad quingentos solidos ampliavit, quam stare etiam sine insinuatione statuit; sed et quasdam donationes invenit, quae penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia insuper multa ad uberiores exitum donationum invenimus; quae omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt. Sciendum est tamen quod, et si sint plenissimae donationes, si tamen ingrati existant homines in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem licentiam praestavimus certis ex causis eas revocare: ne qui suas res in alios contulerunt, ab his quandam patientur injuriam vel jacturam, secundum enumeratos in constitutione nostra modos. § 3. Est et aliud genus inter vivos donationum, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem a junioribus divi principibus introductum est, quod ante nuptias vocabatur: et tacitam in se conditionem habebat ut tunc ratum esset, cum matrimonium fuerit insecutum. Ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, et nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem divus Justinus pater noster, cum augeri dotes et post nuptias fuerat permissum, si quid tale eveniret, etiam ante nuptias augeri donationem constante matrimonio sua constitutio permisit: sed tamen nomen inconveniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo finitradere sanctiones cupientes, et consequentia nomina rebus esse stu-

Tit. VII. — 1. Lib. 59, D. 5, 6; Lib. 5, C. 29, 5, C. 3, 8, C. 54, 55, 56, 57. — 2. L. 8, D. de mort. causa donat. — 3. L. 26, in pr. D. de depositi; L. 30, § ult. D. de adim. vel transfer. legat. L. 163, § 1, D. de verb. sign. — 4. L. 15, in fin. D. de mort. causa donat. — 5. L. ult. C. de donat. causa mort. — 6. L. 1, in pr. D. de mort. causa donat. — 7. L. 25, C. de donat. — 8. L. 35, in pr. C. eod. — 9. N. 12, c. 1. — 10. L. 34, L. 36, § fin. C. de donat. — 11. N. 162, c. 1. — 12. L. 34, in fin. pr. L. 36, in pr. § 1, et 2, C. de donat.; N. 52, c. 2. — 13. L. 33, 34, 35, 36, C. de donat. — 14. L. ult. C. de revoc. donat. — 15. L. 19, C. de donat. ante nupt. — 16. L. 20, C. eod.; N. 97, c. 1 et 2, et N. 119, c. 1. — 17. L. 1, C. de communi serv. — 18. L. 24, § 10, D. de fideic. libert. — 19. L. 1, § 1, 2, 5, C. de communi servo man. — 20. Adde L. 16, D. de Sc. Silan.

dentes, constituimus ut tales donationes non augeantur tantum, sed et constante matrimonio initium accipiant, et non ante nuptias sed propter nuptias vorentur; et dotibus in hoc exaequantur, ut quemadmodum dotes constante matrimonio non solum augentur sed etiam fiunt, ita et istae donationes quae propter nuptias introductae sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto augeantur et constituantur. § 4. Erat olim et alius modus civilis acquisitionis per jus aderescendi, quod est tale. Si communem servum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuit vel vindicta vel testamento, eo casu pars ejus amittebatur, et socio aderescebat. Sed cum pessimum fuerat exemplo, et libertate servum defraudari, et ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, severioribus autem dominis lucrum aderescere, hoc quasi invidia plenum pio remedio per nostram constitutionem mederi necessarium duximus; et invenimus viam per quam et manu-fruar, et socius ejus, et qui libertatem accepit, nostro beneficio fruatur: libertate cum effectu procedente (cujus favore et antiquo legislatorum multa etiam contra communes regulas statuisse manifestum est), et eo qui eam imposuit, suae liberalitatis stabilitate gaudente, et socio indemni conservato, pretiumque servi secundum partem domini quod nos definivimus, accipiente.

TIT. VIII.

QUIBUS ALIENARE LICET, VEL NON.

Accidit aliquando ut qui dominus sit, alienare non possit; et contra, qui dominus non sit, alienandae rei potestatem habeat. Nam dotale praedium maritus invita muliere per legem Juliam prohibetur alienare, quamvis ipsius sit, dotis causa ei datum: quod nos, legem Juliam corrigentes, in meliorem statum deduximus. Cum enim lex in solis tantummodo rebus locum habebat quae italicae fuerant, et alienationes inhibebat quae invita muliere fiebant, hypothecae autem earum rerum, etiam volente ea: utriusque remedium imposuimus, ut et in eas res quae in provinciali solo posita sunt, interdicta sit alienatio vel obligatio; et neutrum eorum neque consentientibus mulieribus procedat, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiae earum converteretur.

§ 1. Contra autem creditor pignus ex pactione, quamvis ejus ea res non sit, alienare potest: sed hoc forsitan ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, qui ab initio contractus pactus est ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur. Sed ne creditores jus suum persequi impedirentur, neque debitores temere suarum rerum dominium amittere viderentur, nostra constitutio consultum est, et certus modus impositus est per quem pignorum distractio possit procedere: cujus tenore utriusque parti creditorum et debitorum satis abundeque provimus est. § 2. Nunc admonendi sumus neque pupillum neque pupillam, ullam rem sine tutoris auctoritate alienare posse. Ideoque si mutuum pecuniam sine tutoris auctoritate alicui dederit, non contrahit obligationem, quia pecuniam non facit accipientis; ideoque nummos vindicare possunt, sicuti extent. Sed si nummi quos mutuo minor dederit, ab eo qui accepit, bona fide consumpti sunt, condici possunt; si mala fide, ad exhibendum de his agi potest. At ex contrario, omnes res pupillo et pupillae sine tutoris auctoritate recte dari possunt. Ideoque si debitor pupillo solvat, necessaria est debitori tutoris auctoritas: alioquin non liberabitur. Sed hoc etiam evidetissima ratione statutum est in constitutione, quam ad Caesarienses advocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi, questoris sacri palatii nostri, promulgavimus: qua dispositum est, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut prius judicialis sententia sine omni damno celebrata hoc permittat; quod subsequuto, si et iudex pronunciarit et debitor solverit, sequatur hujusmodi solutionem plenissima securitas. Sin autem aliter quam disposuimus, solutio facta fuerit, pecuniam autem salvam habeat pupillus, aut ex ea locupletior sit, et adhuc eandem pecuniam summam petat, per exceptionem doli mali poterit submoveri. Quod si aut male consumpserit, aut furto amiserit, nihil proderit debitori doli mali exceptio; sed nihilominus damnabitur, quia

Tit. VIII. — 1. Adde L. 4, D. de fundo dotali. — 2. L. un. § pen. C. de rei uxor. act. — 3. Inst. Gaii, II, 63, 65. — 4. Id. — 5. L. 1, C. de fundo dotali. N. 61, c. 1. — 6. Vide tamen N. 64, c. 1, § 1, 2, 3, 5. — 7. L. 9, C. de pignorat. act.; L. 4, in fin. D. eod. — 8. L. 46, D. de acquir. rer. dom. — 9. L. 6, C. de pignorat. act. — 10. Inst. Gaii, II, 64. — 11. L. ult. C. de iure domini impetr. — 12. L. 5, § 1; L. 9, § 1, D. de auctor. et const. tut. — 13. Adde L. 9, in pr. D. eod. — 14. L. 24, in fin. D. de solut. — 15. Vulgo: *nomini vindicari possunt*. — 16. Inst. Gaii, II, 80, 82. — 17. L. 19, § 1, D. de reb. cred. — 18. *Immo vide* L. 15, D. de solut. — 19. d. L. 15. — 20. Inst. Gaii, II, 84. — 21. L. 25, C. de admim. tut. — 22. L. 4, § 4, D. de doli mali et metus except. — 23. L. 15, D. de solut. — 24. Inst. Gaii, II, 84.

TIT. IX.

PER QUAS PERSONAS NOBIS ADQUIRITUR.

Adquiritur nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos quos in potestate habemus; item per servos, in quibus usufructum habemus; item per homines liberos et servos alienos, quos bona fide possidemus: de quibus singulis diligentius dispiciamus.

§ 1. Igitur liberi nostri utriusque sexus, quos in potestate habemus, olim quidem quidquid ad eos pervenerat (exceptis videlicet castrensibus pecuniis), hoc parentibus suis acquirebant sine ulla distinctione. Et hoc ita parentum fiebat, ut esset eis licentia, quod per unum vel unam eorum adquisitum est, alii filio vel extraneo donare vel vendere, vel quocumque modo voluerant, applicare. Quod nobis inhumanum visum est, et generali constitutione emissa et liberis peperimus, et patribus debitum reservavimus. Sanctum etenim a nobis est, ut si quid ex re patris ei obveniat, hoc secundum antiquam observationem totum parenti adquirat: quae enim invidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reverti? Quod autem ex alia causa sibi filiusfamilias adquisivit, hujus usufructum patri quidem adquirat, dominium autem apud eum remaneat; ne quod ei suis laboribus vel prospera fortuna accessit, hoc ad alium perveniens luctuosum ei procedat. § 2. Hoc quoque a nobis dispositum est et in ea specie ubi parens, emancipando liberum, ex rebus quae acquisitionem effugiunt, sibi tertiam partem retinere si voluerat, licentiam ex anterioribus constitutionibus habebat, quasi pro pretio quodammodo emancipationis: et inhumanum quiddam accidebat, ut filius rerum suarum, ex hac emancipatione, dominio pro parte tertiam defraudaretur; et quod honoris ei ex emancipatione additum est, quod sui juris effectus est, hoc per tertiam diminutionem decrescat. Ideoque statuimus ut parens, pro rebus eorum bonorum parte domini quam retinere poterat, dimidiam, non domini rerum, sed usufructus retineat. Ita etenim res intactae apud filium remanebunt, et pater ampliore summa fruetur, pro tertiam dimidia potiturus. § 3. Item nobis adquisitur quod servi nostri ex traditione nanciscuntur, sive quid stipulerit, vel ex qualibet alia causa adquirant: hoc enim nobis et ignorantibus et invitis obvenit. Ipse enim servus qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. Sed si heres institutus sit, non alius nisi nostro jure hereditatem adire potest; et si nobis jubenibus adierit, nobis hereditas adquiritur, perinde ac si nos ipsi heredes instituti essemus. Et convenienter scilicet nobis legatum per eos adquisitur. Non solum autem proprietatis per eos quos in potestate habemus, nobis adquisitur, sed etiam possessio. Cujuscumque enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere videmus: unde etiam per eos usucapio vel longi temporis possessio nobis accedit. § 4. De his autem servis in quibus tantum usufructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra, vel ex operibus suis adquirant, id nobis adiciatur; quod vero extra eas causas persecuti sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque si is servus heres institutus sit, legatumve quid ei aut donatum fuerit, non usufructuario sed domino proprietatis adquiritur. Item placet et de eo qui a nobis bona fide possidet, sive is liber sit, sive alienus servus: quod enim placuit de usufructuario, idem placet et de bona fide possessore. Itaque quod extra istas duas causas adquisitur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum, si servus est. Sed bona fidei possessor, cum usuceperit servum (quia eo modo dominus fit) ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest: fructuarii vero usucapere 24 non potest, primum quia non possidet, sed habet jus utendi fruendi; deinde, quia scit servum alienum esse. Sed non solum autem proprietatis per eos servos in quibus usufructum habemus, vel quos bona fide possidemus, aut per liberam personam qua-

25. L. 24, in fin. D. eod. — 26. Inst. Gaii, II, 84.
Tit. IX. — 1. Lib. 4, C. 27. — 2. L. 10, D. de acquir. rer. dom.; L. 1, C. de rei vind. — 3. Inst. Gaii, II, 86. — 4. Inst. Gaii, II, 87. — 5. L. 6, C. de bonis quae liberis. — 6. d. L. 5. — 7. d. L. 6, § 5. — 8. L. 5, C. de bonis maternis; d. L. 6, § 3. — 9. d. L. 6, § 3. — 10. L. 10, § 1, D. de acquir. rer. dom. — 11. L. 86, § 2, D. de legat. 1. L. 32, D. de acquir. rer. dom. — 12. d. L. 32. Adde L. 62, D. de verb. oblig. — 13. L. 10, § 1, D. de acquir. rer. dom.; L. 79, D. de acquir. vel omitt. hered. — 14. Inst. Gaii, II, 87. — 15. L. 66, in pr. D. eod. — 16. Inst. Gaii, II, 87. — 17. L. 10, § 2, D. de acquir. rer. dom. — 18. Inst. Gaii, II, 89. — 19. L. 10, § 3, L. 19, D. eod. — 20. L. 21, D. de usufr.; L. 49, in pr. D. de acquir. vel omitt. poss.; L. 10, § 3, D. de acquir. rer. dom. — 21. d. L. 10, § 4, L. 19, D. eod. — 22. Inst. Gaii, II, 91, 92. — 23. d. L. 10, in fin.; 24. d. L. 10, in fin.; L. 8, C. de usufr. — 25. Inst. Gaii, II, 93. — 26. d. L. 10, § 2. — 27. L. 1, C. h. t.; L. 10, § 2, D. de

bona fide nobis servit, nobis adquisitur, sed etiam possessio. Loquimur autem in utriusque persona, secundum definitionem quam proxime exposuimus, id est, si quam possessionem ex re nostra vel ex suis operibus adepti fuerint. § 5. Ex his itaque apparet, per liberos homines quos neque nostro juri subjectos habemus, neque bona fide possidemus; item per alienos servos in quibus neque usufructum habemus, neque possessionem justam, nulla ex causa nobis adiri posse. Et hoc est quod dicitur, per extraneam personam nihil adiri posse: excepto eo quod per liberam personam, vel uti per procuratorem, placet non solum scientibus sed et ignorantibus nobis adiri possessionem, secundum divi Severi constitutionem; et per hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuit qui tradidit, vel usucapionem aut longi temporis praescriptionem, si dominus non sit. § 6. Hactenus tantisper admonuisse sufficit, quemadmodum singulae res nobis adquirantur: nam legatorum jus, quo et ipso jure singulae res nobis adquiruntur, item fideicommissorum ubi singulae res nobis relinquuntur, opportunius inferiore loco referemus: videamus itaque nunc quibus modis per universitatem res adquiruntur. Si cui ergo heredes facti sumus, sive ejus bonorum possessionem petierimus, vel si quem adrogaverimus, vel si ejus bona libertatum conservandarum causa nobis addicta fuerint, ejus res omnes ad nos transeunt. Ac prius de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex conditio est: nam vel ex testamento vel ab intestato ad nos pertinent. Et prius est, ut de his dispiciamus quae ex testamento nobis obveniunt: qua in re necessarium est initium de ordinandis testamentis exponere.

TIT. X.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis est. § 1. Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est olim quidem duo genera testamentorum in usu fuisse: quorum altero in pace et in otio utebantur, quod calatis comitiis appellabant; altero, cum in praedium exituri essent, quod procinctum dicebatur. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per aes et libram: scilicet quod per emancipationem, id est, imaginariam quamdam venditionem agebatur, quinque testibus et libripende, civibus romanis puberibus praesentibus, et eo qui familiae emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt: quod vero per aes et libram fiebat, licet diutius permansit, attamen partim et hoc in usu esse desiit. § 2. Sed praedicta quidem nomina testamentorum ad jus civile referebantur. Postea vero ex edicto praetoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est: jure enim honorario nulla emancipatio desiderabatur; sed septem testium signa sufficiebant, cum jure civili signa testium non erant necessaria. § 3. Sed cum paulatim, tam ex usu hominum quam ex constitutionum emendationibus, cepit in unam consonantiam jus civile et praetorium jungi, constitutum est, ut uno eodemque tempore, quod jus civile quodammodo exigebat, septem testibus adhibitis, et subscriptione testium quod ex constitutionibus inventum est, et ex edicto praetoris signacula testamentis imponerentur: ut hoc jus tripartitum esse videatur, ut testes quidem et eorum praesentia uno contextu, testamenti celebrandi gratia, a jure civili descendant; subscriptiones autem testatoris et testium, ex sacrum constitutionum observatione adhibeantur; signacula autem et testium numerus, ex edicto praetoris. § 4. Sed his omnibus a nostra constitutione, propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum est: ut per manus testatoris vel testium nomen heredis exprimat, et omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant. § 5. Possunt autem omnes testes et uno annulo signare testamentum. Quid enim si septem annuli a sculptura fuerint, secundum quod Pomponio visum est? Sed et alieno quoque annulo licet signare. § 6. Testes autem adhiberi possunt et cum quibus testamenti factio est. Sed neque mulier, neque impubes, neque servus.

acquir. rer. dom. — 28. Inst. Gaii, II, 94. — 29. L. 1, C. h. t. — 30. L. 12, D. de acquir. rer. dom. — 31. L. 11, § pen. D. de pignorat. act. — 32. Inst. Gaii, II, 95. — 33. L. 20, § fin. D. de acquir. rer. dom. — 34. L. 47, D. de usucap.; L. 24, § 1, L. 49, § 2, D. de acquir. rer. dom. — 35. L. 1, C. de acquir. et retin. poss. — 36. L. 1, L. 5, C. eod.; L. 20, § fin. L. de acquir. rer. dom. — 37. Inst. Gaii, II, 95. — 38. Tit. 20, 21, 22, 23, 24, Inst. — 39. Inst. Gaii, II, 97, 98, 99, 100.
Tit. X. — 1. Lib. 28, D. 1; Lib. 6, C. 25. — 2. Inst. Gaii, II, 101, 102, 104, et I, 19. — 3. L. ult. C. de adopti.; L. ult. C. de emancipat. § 6, supr. quibus mod. ius patre petes. — 4. L. 12, C. h. t.; L. 3, D. unde liberi. — 5. Inst. Gaii, II, 104. — 6. L. 14, D. de reb. datus. — 7. L. 21, in fin. D. h. t. — 8. d. L. 21, § 1. — 9. N. Leon. 42. — 10. L. 29, C. h. t. — 11. *Maitland* N. 119, c. 9. — 12. L. 23, § 5, D. h. t. — 13. d. L. 22, § 2. — 14. L. 20, § 6, D. h. t. — 15. d. L. 20, in fin. pr. — 16. d. L. 20, § 7.

A
B
C
D
E
F
G

neque furiosus¹⁷, neque mutus, neque surdus, nec¹⁸ cui bonis interdictum est, neque ii¹⁹ quos leges jubent improbos intestabilesque esse, possunt in numero testium adhiberi²⁰. — § 7. Sed cum aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea vero servus apparuit, tam divus Hadrianus Catonio vero quam postea divi Severus et Antoninus rescripserunt, subvenire se ex sua liberalitate testamento, ut sic habeatur, atque si ut oportet factum esset; cum eo tempore²¹ quo testamentum signaretur, omnium consensu hic testis liberorum loco fuerit, neque quisquam esset qui status ei questionem movisset. — § 8. Pater, nec non is qui in potestate ejus est, item duo fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, utriusque testes in uno testamento fieri possunt²², quia nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. — § 9. In testibus autem non debet esse²³, qui in potestate testatoris est. Sed etsi filiusfamilias de castrensi peculio²⁴ post missionem faciat testamentum, nec pater ejus recte adhibetur testis, nec is qui in potestate ejusdem patris est; reprobatur enim in ea re²⁵ domesticum testimonium²⁶. — § 10. Sed neque heres scriptus²⁷, neque is qui in potestate ejus est, neque pater ejus qui eum habet in potestate, neque fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt; quia hoc totum negotium quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem et veteres quidem familiae emptorem, et eos qui per potestatem ei coadunati fuerant, testimoniis repellebant, heredi et iis qui per potestatem ei conjuncti fuerant, concedebant testimonia in testamentis prestare; licet ii qui id permittebant, hoc jure minime abuti eos debere suadebant²⁸. Tamen nos eandem observationem corrigentes, et quod ab illis suavis est in legis necessitatem transferentes, ad imitationem pristini familiae emptoris, merito nec heredi qui imaginem vetustissimi familiae emptoris obtinet, nec aliis personis quae ei, ut dictum est, conjunctae sunt, licentiam concedimus sibi quodammodo testimonia prestare: ideoque nec ejusmodi veteres constitutiones nostro codici inseri permisimus. — § 11. Legatariis²⁹ autem et fideicommissariis, quia non juris successores sunt, et aliis personis quae eis conjunctae sunt, testimonium non denegavimus: imo in quadam nostra constitutione et hoc specialiter concessimus; et multo magis eis qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate, hujusmodi licentiam damus³⁰. — § 12. Nihil autem interest, testamentum in tabulis³¹ an in chartis, membranisque, vel in alia materia fiat.

§ 15. Sed³² et unum testamentum pluribus codicibus³³ conficere quis potest, secundum obtinentem tamen observationem omnibus factis: quod interdum etiam necessarium est, veluti si quis navigaturus et secum ferre, et domi relinquere judiciorum suorum contestationem velit, vel propter alias innumerabiles causas quae humanis necessitatibus imminant. — § 14. Sed haec quidem de testamentis quae in scriptis conficiuntur. Si quis autem sine³⁴ scriptis voluerit ordinare jure civili testamentum, septem testibus adhibitis et sua voluntate coram eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum testamentum jure civili, firmumque constitutum.

TIT. XI.

DE MILITARI TESTAMENTO.

Supradicta diligens observatio in ordinandis testamentis militibus propter nimiam imperitiam constitutionibus principalibus² remissa est. Nam quamvis ii neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solemnitatem observaverint; recte nihilominus testantur³ videlicet, cum in expeditionibus occupati sunt: quod merito nostra⁴ constitutio introduxit. Quoquo⁵ enim modo voluntas ejus suprema invenitur, sive scripta sive sine scriptura, valet testamentum ex voluntate ejus. Illis autem temporibus, per quae citra expeditionum necessitatem in aliis locis vel suis aedibus degunt, minime ad vindicandum tale privilegium adjuvantur. Sed testari quidem, etsi filiusfamilias sunt, propter militiam conceduntur; jure tamen communi eadem observatione et in eorum testamentis adhibenda, quam et in testamentis paganorum proxime exposuimus.

§ 1. Plane de testamentis militum divus Trajanus Statilio⁶ Severo

17. d. l. 20, § 1. — 18. l. 18, in pr. D. h. t. — 19. d. l. 18, § 1; l. 14, l. 15, D. de testib.; l. 3, C. de apostat. Aulic. Credentes, et l. pen. C. de hereticis. — 20. l. 20, D. h. t. — 21. l. 22, § 1, D. l. 1, C. eod. — 22. l. 22, in pr. D. h. t. — 23. l. 20, in fin. pr. D. h. t. — 24. d. l. 20, § 2. — 25. l. 3, C. de testib. — 26. Inst. Gaii, 11, 105, 106. — 27. l. 20, in pr. D. h. t. — 28. Inst. Gaii, 11, 105, 106, 108. — 29. l. 20, in pr. D. l. 23, C. h. t. — 30. Inst. Gaii, 11, 108. — 31. l. 18, C. eod. — 32. l. 24, D. eod. — 33. l. 47, D. de legat. 2. — 34. l. 20, § 1, C. h. t.

Tit. XI. — 1. Lib. 29, D. l. 1, C. 21. — 2. l. 1, in pr. D. h. t. — 3. Inst. Gaii, 11, 107. — 4. l. pen. C. eod. — 5. l. 1, in pr. D. eod. — 6. l. 24, D. eod. — 7. d. l. 24, in fin.

ita rescripsit: *Id privilegium, quod militibus datum est, ut quoquo modo facta ab iis testamenta rata sint, sic intelligi debet, ut ubique prius constare debeat testamentum factum esse, quod et sine scriptura, a non militibus quoque fieri potest. Is ergo miles de cuius bonis apud te quaeritur, si convocatis ad hoc hominibus ut voluntatem suam testaretur, ita locutus est ut declaret quem vellet sibi heredem esse, et cui libertatem tribuere, potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, et voluntas ejus rata habenda est. Ceterum, si (ut plerumque sermonibus fieri solet) dixit alicui: EGO TE HEREDEM FACIO, aut BONA MEA TIBI RELINQUO, non oportet hoc pro testamento observari. Nec ullorum magis interest, quam ipsorum quibus id privilegium datum est, ejusmodi exemplum non admitti. Alioquin non difficulter post mortem alicujus militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona cui visum sit: et per hoc vera judicia subverterentur.* — § 2. Quinimo et mutus⁸ et surdus miles testamentum facere potest. — § 3. Sed haec tenus hoc illis a principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militat et in castris degunt. Post missionem vero veterani, vel extra castra si faciant adhuc militantes testamentum, communi omnium civium romanorum jure facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum, non communi jure, sed quomodo voluerint, post missionem intra annum tantum valebit. Quid ergo si intra annum decesserit, conditio autem heredi adscripta post annum extiterit? An quasi militis testamentum valeat? Et placet valere quasi militis. — § 4. Sed et si quis ante⁹ militiam non jure fecit testamentum, et miles factus et in expeditione degens resignavit illud, et quaedam adjecti sive detraxit, vel alias manifesta est militis voluntas hoc valere volentis, dicendum est valere hoc testamentum, quasi ex nova militis voluntate. — § 5. Denique et si in¹⁰ adrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamilias emancipatus est, testamentum ejus quasi ex nova militis voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

§ 6. Sciendum tamen est quod, ad exemplum castrensis peculii, tam anteriores¹¹ leges quam principales constitutiones¹² quibusdam¹³ quasi castrensis dederunt peculia, et quorum quibusdam permissum erat etiam in potestate degentibus testari; quod nostra constitutio¹⁴ latius extendens, permisit omnibus in his tantummodo peculii testari quidem, sed jure communi. Cujus constitutionis tenore perspecto, licentia est nihil eorum quae ad praefatum jus pertinent, ignorare.

TIT. XII.

QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

Non tamen omnibus licet facere testamentum. Statim enim ii qui¹ alieno juri subjecti sunt, testamenti faciendi jus non habent, adeo quidem ut quamvis parentes eis permiserint, nihilo magis jure testari possint²: exceptis iis quos antea enumeravimus, et praecipue militibus qui in potestate parentum sunt, quibus de eo quod in castris adquisierunt, permissum est ex constitutionibus principum testamentum facere. Quod quidem jus initio tantum militibus datum est, tam ex auctoritate divi Augusti, quam Nervae, necnon optimi imperatoris Trajani; postea vero subscriptione divi Hadriani etiam dimissis militia, id est veteranis concessum est. — Itaque si quod fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum quem heredem reliquerint. Si vero intestati decesserint nullis liberis vel fratribus superstitionibus, ad parentes eorum jure⁴ communi pertinebit. Ex hoc intelligere possumus, quod in castris adquisierit miles qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris credit res id vendere⁵ vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune⁶ esse; sed scilicet proprium ejus esse qui id in castris adquisierit, quamquam jure civili omnium qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentum computantur, ac si servorum peculia in bonis dominorum numerantur⁷. exceptis videlicet iis quae ex sacris constitutionibus, et praecipue nostris, propter diversas causas non adquiruntur. Praeter hos igitur qui castrense vel quasi castrense habent, si quis alius filiusfamilias testamentum fecerit, inutile est, licet suae potestatis factus decesserit.

§ 1. Praeterea testamentum facere non possunt⁸ impuberes, quia nullum eorum animi iudicium est; item furiosi⁹, quia mente carent.

— 8. l. 4, D. h. t. l. 7, D. qui testam. facere poss. — 9. l. 9, in fin.; l. 20, § 1; l. 25, D. h. t. — 10. l. 22, D. eod. — 11. l. 1, § 1, D. ad SC. Trebell. — 12. l. 7, C. de adress. — 13. l. ult. C. de inoffic. testam. — 14. d. l. ult.

Tit. XII. — 1. Lib. 28, D. l. 2, C. 22. — 2. l. 6, in pr.; l. 16, in pr. D. l. 5, § 1, C. h. t. — 3. Arg. l. 28, D. de pactis junct.; l. 5, D. h. t. Adde l. 25, § 1, D. de mort. caus. donat. — 4. l. 2, D. de castr. pecul.; N. 118, c. 2. — 5. C. ne filius pro patre. — 6. l. 1, § 15, D. de collat. bonor. — 7. Inst. Gaii, 11, 86, 87. — 8. l. 5, D. h. t. Adde l. ult. C. de testam. milt. — 9. l. 16, § 1, D. h. t.

I

de Iis, per quos agere poss. pag. 203. Lib. 4. tit. 10.
de Iis qui sui vel alieni juris sunt. 123. * 1. 8.
de Ingenuis. 121. * 1. 4.
de Injuriis. 194. * 4. 4.
de Inofficioso testamento. 154. * 2. 18.
de Interdictis. 207. * 4. 15.
de Inutilibus stipulationibus. 179. * 3. 19.
de Jure Naturali, Gent. et Civ. 119. * 1. 2.
—— Personarum. 120. * 1. 3.
de Justitia et Jure. 119. * 1. 4.

L

de Legatis. 216. * 20.
de Lege Aquilia. 193. * 4. 3.
—— Falcidia. 160. * 2. 22.
—— Fusia Canin. 193. * 1. 7.
de Legitima Adgnatorum successione. 167. * 3. 2.
—— Adgnatorum tutela. 128. * 1. 15.
—— Parentum tutela. 129. * 1. 18.
—— Patronorum tutela. 129. * 1. 17.
de Libertinis. 121. * 1. 5.
de Literarum obligation. 182. * 3. 24.
de Locatione et conductione. 184. * 3. 24.

M

de Mandato. 186. * 3. 26.
de Militari testamento. 147. * 2. 11.

N

de Noxalibus actionibus. 202. * 4. 8.
de Nuptiis. 124. * 1. 17.

O

de Obligationibus. 176. * 3. 15.
—— quae ex delicto. 189. * 4. 1.
—— quasi ex contractu. 187. * 3. 27.
—— quae quasi ex delicto. 195. * 4. 5.
de Officio Judicis. 209. * 4. 17.

P

de Patria potestate. 123. * 1. 9.
de Perpetuis et tempor. act. 205. * 4. 12.
Per quas personas nobis adquiritur. 145. * 2. 9.
—— nobis obligatio adquiritur. 188. * 3. 20.
de Poena temere litigantium. 208. * 4. 16.
de Publicis judiciis. 210. * 4. 18.
de Pupillari substitutione. 152. * 2. 16.